

impones. Prænotandū tamen: arcū hore sexte inequalis generaliter hore, 12, equali, al
 ligari, p reliquis vero arcubus tabellā secundā subiunctā ingredi. Et primū cū hora
 prima post aut, 11, antemeridiana: & eleuationē ad Cancrī principiū ibidē repertā sci
 licet, 62, gradus, & 19, minuta, cōputa a, b, versus, a, & termino ac centro, e, iungere
 gulam: & fac notā subtilē in arcu Cancrī ad sectionē regule. Consimiliter operare pro
 reliquis horis: per eleuatōes Cancrī fm tabule expressionē: cōtinuo signādo notas in
 arcu Cancrī. ¶ Deīndē in tabella descēde ad eleuatōis Capricornī (& ipsis vt iam do
 cuimus) a, b, in, a, numeratis fac notas in arcu Capricornī. ¶ Quibus expeditis: cū
 circino quere centrū respondēs notis hore prime in arcubus Cancrī & Capricornī &
 interfectioni arcus Arietis cū arcu hore quinte aut septime inequalis: & duc arcualem
 lineā ab arcu Cancrī: per Arietē: vsq; in arcū Capricornī: seruientē hore prime æquali
 post meridiā, aut vndecime antemeridiā. Cōsimili forma inuestiga centrū respō
 dens notis hore secūde: & interfectioni arcus Arietis cū lineā hore quarte aut octaue in
 æqualis: & producarcū hore scēde post & decime ante meridiē ascribendū. Non aliter
 opando pcedē p arcubus tertie & quarte horarū. ¶ Arcus vero hore quite finit sepe
 ne in Zodiaco ad quintū gradū Scorpī, p cuius inscriptiōe: arcū p initio Scorpī aut
 pisciū protractū prolonga aliquantulū (occulte tamē) versus sinistrā: & per tabellam
 secundā sume eleuationē Scorpī, p quinta hora scilicet, 1, gradum, & 10, fere minuta,
 quā numera vt supra a, b, in, a, & fac notā in arcu occulto p hora quinta: quere igitur
 centrū conueniens huic note: & note hore quinte in arcu Cancrī: & interfectioni ar
 cus Arietis cū lineā hore prime vel vndecime inequalis: Et pcrea arcū p hora quinta
 equali post meridiā aut septima antemeridiā. ¶ Arcus præterea hore sexte termi
 nat se in arcu principiū Arietis aut Libre ad contactum eiusdē cū semidiāmetro, b, c,
 pro cuius impositione plongabis principiū arcus Virginis aut Tauri fm modū iam
 iam expositū: & ex tabella recipe eleuationē virginis pro eadē hora, scilicet, 8, gradus
 & 15, quasi minuta: quā cōputa vt supra: & pingē notā in arcu prolongato, & pro ea
 dem nota: & ea que in arcu Cancrī, p, 6, hora impōssa est & contactu principiū Arietis:
 cū semidiāmetro, b, c, inuestiga centrū: & duc arcū hore sexte æquali ante & post meri
 diem aptandū. ¶ Postremo arcus horæ septime, ad, 25, gradū pene Leonis finitur, p
 cuius inscriptione plongā arcum principiū Leonis: & ex tabella cape eleuationē Leo
 nis memoratæ horæ scilicet, 5, gradus: & 25, minuta, quā supputa vt antea: & impri
 me notā arcui iam pducto, per quā & notā horæ septime Cancrī vsq; in, 25, gradum
 Leonis duc arculū horæ septime æquali post & quinte ante meridiem applicandum.
 ¶ Arcubus absolutis numeros horarum ipsis vt prediximus ascribito: & videbis ho
 rarium æqualibus & inæqualibus horis aptissimū quod fuit dudū optatum.

Ecce sequentem Figurā Propositōis XVII.
 cum suis Tabellis annexis.

E iij